## Dñica. I. Aduentus dñi ad missã Introitꝰ

Ad te leuaui animam meam deus meus i te cõfido non erubescam. neqꝫ irrideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectãt non confundentur. ps. Vias tuas domine demonstra michi et semitas tuas edoce me. Gloria in excelsis non dicitur ꝑ totũ aduentũ nisi i duplicibus festis. Collecta.

Excita q̄s dñe potentiam tuã et veni: vt ab iminẽtibꝰ peccatoꝝ nostroꝝ periculis te mereamur ꝓtegente eripi. te liberante saluari. Qui viuis et regnas.

Alia collecta de dña nostra.

Deus qui de beate marie virgis vtero verbũ tuũ angelo ãnũciante carnẽ suscipe voluisti. pꝛã supplicibus tuis: vt qui vere eam dei genitricẽ credimꝰ. eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eũdem. Que seruanda est singulis diebꝰ ꝑ aduẽtũ. Ad romanos. xiij.

Fratres. Scientes: qꝛ hoꝛa est iã nos de sompno surgere. Nunc eñi ꝓpioꝛ est nostra salus: q̄ꝫ cũ credidimꝰ. Nox p̄cessit: dies aũt appropiquabit. Abiciamus ergo opera tenebꝛaꝝ. et induamur arma lucis: sicut in die honeste ãbulemus. Non in comesationibus ꝛ ebꝛietatibus. nõ in cubilibus et ĩpudicicijs. nõ in cõtentõne ꝛ emulatione: sed induimini dñm ihesũ xp̄m. Grad. Uniuersi qui te expectant nõ confundẽtur domine. vꝟ. Vias tuas domine notas fac michi et semitas tuas edoce me. Alla. v. Ostende nobis dñe misericoꝛdiã tuã et salutare tuum da nobis. Scdm matheũ. xxi.

In illo tp̄e Cũ appꝛopiquasset ihesus iherosolimis et venisset betphage ad mõtẽ oliueti: tũc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellũ qđ contra vos est: ꝛ inuenietis asinã alligatã ꝛ pullũ cũ ea. Soluite: et adducite michi. Et si quis vobis aliquid dixerit. dicite quia dñs hijs opus habet: et cõfestim dimittet eos. Hoc autem totũ factũ est: vt adimpleretur qđ dictũ est per ꝓphetã dicentẽ. Dicite filie syon: ecce rex tuus venit tibi mãsuetus. et sedens sup asinaꝫ et pullũ filium subiugalis. Euntes aũt discipuli: fecerũt sicut p̄cepit illis ihesus. Et adduxerunt asinã et pullũ. ꝛ iposuerunt sup eos vestimẽta sua: et eũ desup sedere fecerũt. Plurima aũt turba: strauerũt vestimenta sua in via. Alij aũt cedebãt ramos de arboꝛibus



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-546/0017
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt